Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

arma picta fabricat scilicet ab una parte alba ab alia
vero nigra quibus armatum equum hinc albo hinc
nigro panno coopertum ascendit. Dum que luna lucente
per medios milites transit ut nigra pars armorum
eius decem albos deluderet et alia pars deciperet
nigros putaveruntque nigri unum esse ex albis et
albi unum ex nigris. Sic igitur pertransiens venit
ad puteum depositumque a ligno asportavit. Facto
autem mane milites videntes furem esse et furatum
confusi redeunt ad regem narrantes quomodo miles
nigris albisque armis pictis eos decepisset et
spatus autem iam non posse recuperare thesaurum
querere cessavit

38. Videns igitur rex quoniam in qualibet re iste decepturus
sit tantis enim ignorantie tenebris
mundus iste obvolvitur ut sepe que nequissima
et fallacissima sunt iustissima et verissima ab omnibus
videantur. Tu igitur noli nimis properare perdere filium quia
forte latet quedam veritas que te ab opprobrio et filium
tuum a morte valeat liberare. Ego etiam rogo quod pro ex-
emplo quod tibi protuli vitam filio tuo hodiernam
concedas crastina die nisi melior supervenerit fortuna
fruaris tuo quod obmisisti. Ait rex: Certe o venan-
de sapiens magnus si hic perysses honoribus a me
ditandus eras. Sed quoniam vitam tantum hodiernam
postulasti nephas tibi hoc denegare existimo. Dat